



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Tycho Episc. 16. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

16. Junij. VITÆ SANCTORVM. 297

humane pericula, cogita fragilitatem propriam; &
eiusmodi cogitatione, si perseveraris, parum senties
quicquid foris videtur molestum. S. Bern. serm. de-
om. SS.

S. TYCHO EPISC. 16. Junij.

Damus Euclionibus mancipijs pecuniarœ rei
augendæ magistrum doctoremq; gratissimæ
artis, qua granaria frumento stipentur, numusque
in arcâ crescat. Tycho is est, ætate puer, sed cano
sensu; avari parentis filius, multò tamen peritior
pecuniarœ venationis, quod vel hinc intelligas.
Pater oneratum panibus in forum miserat, puer
indignatus unciarium questum iis venditis redi-
turum, è merce stipem facit, eamque in obvios
pauperes effundit. Patri æs reposcenti artificium
suum aperit; panes apud Christum in fœnere po-
fitos; & quidem centuplicato, eam in rem se syn-
grapham accepisse. Pater nulli rei præterquam
oculis suis crediturus, puerilis fidei experimen-
tum in horreis quæsivit: & ecce tibi quæ pridie
vacuefecerat, importatum divinitus frumentum
ægre ceperunt. Eadem facilitate cellas replevit.
Aridum vitis surculum & pridem exsiccum humili
depanxit, neque vitam illi modò, & germinandi
vis, sed perpetui etiam gloriam miraculi contu-
lit. Unus enim ille palmes, quo die anniversaria
TYCHONIS memoria peragitur, sub initium rei
divinae liventes uvas ostentabat, quæ ante sacrifici-
um finitum ad maturitatem percoquerentur,
præcocom suo satori vindemiam præbituræ. Quid
ad hæc avaria! In scholâ Pluui negant recepta esse
paradoxa Christi. Ex Menaïs.

Quid uereri fluxu & fragile bonum facere sem-
piternum? aut thesauros tuos custodi Deo credere? ubi
non

N 5

161
secu
lius
N
tur,
quo
vio
Pae
S
N
ran
bile
que
etu
exti
deli
leid
pra
tota
Dep
rela
iter
go
ind
tiu
TR
pro
rio
aliq
qua
adi
int
Ant
gis

298 VITA SANCTORVM 16. Junij.
non furem prædonemq; timeas, non rubiginem, non
tyrannum? qui apud Deum dives est, pauper esse
nunquam potest. Lactant. in Epit. Instit. c. 12.

SS. QVIRICVS & IVLITTA MM.

16. Junij.

Atur optio; exempla Christianæ fortitudinis
à trienni puer, an feminâ malis petere: hujus
sexus, illius ætas convitium facient ignavie tuz,
si detrectas vel desperas sequi hos duces; & audies
sanè quod olim Augustinus: *An non quod iste &*
ista? Exercebat Tarsi quæstionem de Christianis
Alexander. IVLITTA QVIRICVM filiolum ul-
trò ad tribunal non duxit, sed tulit, puto ne uni-
cum Abrahæ in hanc rem facinus ostendi generi
humano posset. Alexander in disparem prædam
non eodem affectu gravatus, matrem atrocissime,
filium blandissimè excepit, haud scias in leoninâ
an vulpinâ pelle nequior. Certè QVIRICVS illius
receptus sinu, appetitus osculis, inescatus promis-
sis, nullum, neque plorandi, neque quiritandi si-
nam fecit; cùm IVLITTA contrâ pendens in equo,
& taureis conicissa, gematum nullum ederet,
ut propriâ amborum confessione constaret, utrius
conditio esset inquierat. Consumptis lacrymis, im-
bellis etiam arma expeditivit triennis heros, &
nupernatos dentes tenerosque unguis strinxit in
adulatorum suum, luctando effecit, ne mitior
in se, quam in matrem esset. Et potitus est voto
suo; Alexander ad tribunalis gradus victori ani-
mam elicit. Quid mater? nunquam lætiore vultu
suum pignus aspergit, idemque beneficium popo-
scit, ut quam citoissime cum asséqueretur. Impe-
gnavat: laniata unguis, perfusa pice cervicem
securi